Preterea contra viciorum delectationes fortitudine te
accingas et eas tamquam viles et generoſo animo contem-
nendas viriliter deſeras et abicias Viciorum enim delecta-
tiones ſi que ſunt contemptibilem faciunt et totaliter
confundunt et ideo deteſtande et faciliter deſerende ſunt
Deniqz ſicut cor virtuoſum comparabile eſt celo quod
deus inhabitare dignatur Deus in opera que ut dicit Ja-
cobus de Jeos Non auro templa fulgencia non gemmis al-
taria diſtincta delectant ſed anima virtutibus ornata cuius-
modi animam Bernardus celum nominat Sic per oppoſitum cor
vicioſum non abſurde infernus dicitur Nam admodum in-
ferni eſt habitatio demonum habens admodum inferni
tenebras ignorancie ignem praue concupiſcentie et
vermem remordentis conſciencie tale cor habentes
infernum preoccupant quaſi timeant quod ad ipſum nimis tar-
de perueniant Et ideo viciorum delectationes que cor ho-
minis calefaciunt et ad futuras penas intollerabiles
pariter et interminabiles diſponunt ſunt faciliter deſerende
et certe conſtat quod eis preſens dignitas Igitur merito non de-
bes terreri difficultate deſerendi vicia et aggrediendi vir-
tutes Quia ut dicit Gregorius ſi forti nos ſtudio contra vi-
ciorum incitamenta ſtringimus etiam ipſa vicia ad uſum
virtutis immutamus Et primo quidem oportet vicia deſerere
et deinde virtutes aſſumere Quia ut dicit Augustinus Nemo non
poteſt habere regnum virtutum niſi prius excuſſerit iugum
viciorum Deinde non turberis ex hoc quod mala pateris ſed potius
inde conſoleris Cum mala pati ſit non modica porcio bone
vite Nempe bona vita non in bene valere ſed potius
in mala pati conſiſtit vnde Bernhardus Bonam vitam ego puto
et mala pati et bona facere et ſic perſeuerare uſque ad mor-
tem dicitur vulgo quod qui bene ſe paſcit bene viuit ſed men-
tita eſt iniquitas ſibi Nempe de malis que ſuſtines
eo turbaris quia illa mala eſſe opinaris Et ideo ſi ea non